



Dimensurus itaq; altitudinem Turris, non stabis à latere speculi, quamuis ibidem turrim videas, sed aliqua linea recta consistes ante speculum, ita vt illud inter te iaceat & turrim æqualiter tamen ipsi fundamento Turris, Siquidem eam non potes metiri altius, nisi quantum ex illa superficiem seu planum speculi excedit, Id hoc modo intelliges: si speculi planum extendas vsq; ad Turrim, ea superficies vbicūq; turrim attigerit, fundamentum illius est, ab hoc quicquid extat cōmensurari potest, sed quod inferius est illo, nullo etiam modo videri poterit. Exemplo sequenti te tranquilli rem reddam. Superficies itaq; speculi interfecet terræ superficiem ante turrim in puncto B. Linea enim AB horizontem significat terræ, altera vero BC horizontem terræ apparentem in speculo, inter vtrūq; hūc horizontem AB & BC, quicquid in angulo ABC interest in speculo non apparet.



modo videri poterit. Exemplo sequenti te tranquilli rem reddam. Superficies itaq; speculi interfecet terræ superficiem ante turrim in puncto B. Linea enim AB horizontem significat terræ, altera vero BC horizontem terræ apparentem in speculo, inter vtrūq; hūc horizontem AB & BC, quicquid in angulo ABC interest in speculo non apparet.

Id tibi figura hæc satis indicat.

Quod si speculū ita iaceat, vt planū siue superficies eius turrim in sua altitudine interfecet sicut ex hac figura cernis in puncto A, Linea enim AD planū designat speculi, id ita intelliges, Si speculū eius esset latitudinis, vt superficies turrim etiā penetraret, eam vtiq; secaret cum linea AD. Nihil itaq; sicut iā supra declarauimus, in speculo apparet, nisi qd' ex illo plano, hoc est intersecciónē ista extat, Vt pars turris ab A vsq; ad B, Turris vero à C vsq; in A (q̄ sanè pars sub ipso est plano speculi) in speculo omnino non videtur, id vtiq; nisi sis plumbo stupidiior, ex hac figura intelliges.



Sic itaq; constituto speculo, si tu ad illud iā accedas iā ab eo rursus discedas tantisp dū vel sumūm turris apicē vel angulū quēpiā in speculo videas, diligenter tibi notā aliquā in terra ppone (æqualiter tñ & ppendiculariter ab oculo tuo deorsum, vt nec oculus digitos pedū, nec isti vicissim illū prauertendo impediāt) Deinde mensura aliqua cōsuetā metire distantiam eius puncti & speculi. Fuerit ergo illa exempli causa 4. vlnæ, & à pede tuo vsq; ad oculū vlnæ 3. à speculo autē ad Turrim 40. vlnæ, hinc iam inuenturus altitudinē turris regulam tibi propone in hunc modū, 4. faciunt 3. quid igitur 40. ? ibi sanè ex præscripto regulæ prodibunt vlnæ 30. iusta Turris propositæ altitudo.

Hoc melius ex prima figura huius Problematis imaginari & velut ad oculum cernere poteris,

PROB.